



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1658

§. 125. Ego enim non invenio in eo causam. v. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

nam passionem tuam inter iudicium tuum & miseram animam meam, & que peccata mea: Et quidquid merentur iniquitates meae, excuset hoc acerba mors tua, diluat pretiosissimus sanguis tuus. Da mihi etiam clementissimae Deus ut sic abnegem propriam voluntatem meam, adeoque me vilissimam & submittam, subter te Dominum meum, & creaturas omnes propter te, ut in fundo meo non solum agnoscam, sed etiam sentiam & vilissimum & indignissimum me esse creaturatum: sicque voluntate sum religiosus ac si in me mea voluntas esset abnegata & defuncta. Amen.

§. 125. Ego enim non invenio in eo causam. 11. 6.

Iterum audio innocentiae Christi testimonium, & quoties hoc audio toties laetor, quia intelligo me certissimum habere medicum, cum nihil in eo audio reperiri morbum vel dolum.

O Domine, quanto solatio tibi fuit hoc verbum audire, tantum cruciatus attulit contra audire te nihilominus ad mortem postulari & quidem tam turpem & indignam, & paulo post ab ipso met illo, qui testabatur illam innocentiam, te crucifigi? Eia igitur Domine adiuva me, illumina oculos mentis meae, ut capiam, me omnem dolorem interiore & exteriori satis promeruisse, firmam spem concipiendo, quod gratiam tuam obtinere possim, ne unquam in desperationis foveam incidam, quantumcunque etiam peccaverim. Nam miserationes tuae sunt super omnia opera tua.

§. 126. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori. Quia filium Dei se fecit. 8. 7.

Arroganter satis Praesidi respondent, ut eum terrent, quem videbant flecti ad misericordiam & aequitatem; allegantes legem suam, quam hoc loco manifestè pro praetextu usurpant, ut Pilatum decipiant. Si dixerant: nos Passionibus invidiae & superbiae Passionibus agitur, Scripturae sunt nobis lex, verissimè respondissent, nunc dicentes: sacram scripturam Legislatoris positam habemus, & secundum illam debet mori, manifestè fallunt. Quia quod illa prophetice dixit de Christo, isti mali interpretes praecipue exponunt, quod permissive narratur futurum imperative futurum volunt.

Ecce Christiane, sic etiam contra Christum ipsum Iudaei pugnant sacrae Scripturae praetextu, noli igitur tibi persuadere quod omnes dicentes